Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26089
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ut nullius renouationis iam indigeat. Fallitur
prorsus ista persuasio: et nimia uanitate ueterascet
quisquis intertemptationes istius uite ab omni
se uulnere credit inmunem. Plena sunt om
nia periculis plena sunt laqueis. Incitant cupidi
tates: insidiantur illecebre: blandiuntur lucra damp
na deterrent. Amare sunt obloquentium lin
gue. nec semper ueracia ora laudantium. Inde
seuit odium hinc decipit officium ut facilius sit
uitare discordem quam declinare fallacem. In
ipsis autem uirtutibus optinendis tam dubius
modus et tam incerta discretio est ut siquis quam
inter bonorum malorumque confinia subtilissi
mum discriminis potuerit seruare mensuras di
ficile sit ut bene sibi consciam probitatem obtrectan
tium lingua non mordeat: et iniquorum euadat
obprobria cui est amica iusticia. Iam cum ad ipsas
rerum temporalium uarietates cogitatio huma
na conuertetur quante se opponunt ca ligines
quanti prauarum opinionum ob oriuntur
errores: ut de obiecto contrariarum sumatur mate
ria querelarum. Nam licet omnia fidelium corda
non dubitent nullis mundi huius partibus nullisque
temporibus prouidentiam abesse diuinam nec de
stellarum potestate que nulla est secularium ne